

Programma, in funere Viri doctrina & multo rerum usu spectatißimi, Dn. Jodoci von Behren/ Quod ei fiet hodie hora media I. in templo Jacobaeo, curante idipsum coniuge relicta amantissima, Catharina Sturtzia, vidua moestissima

Rostochi[i]: Pedanus, 1630


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746828004>


Druck Freier  Zugang




Tarnov., P.,
in J. v. Behr.

Rost. 1630.







PROGRAMMA,
in funere

*Viri doctrina & multo rerum usu
spectatissimi,*

D N.

JODOCI
von Behren/

Quod ei fiet hodie hora media I. in
templo Jacobæo, curante idipsum conjuge
relictæ amantissimæ,


CATHARINA STURTZIA,
vidua mœstissimæ.



ROSTOCKI

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.

ANNO M, DC. XXX.





RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
PAULUS
TARNOVIUS,
D. & Professor S.S. theo-
logiæ.



Aria sunt, in quibus
homo homini utilitatem
aut detrimentum afferre
potest: quæ tamen varietas
secundum subjecta, in qui-
bus bona aut mala hæere
solent, ad quatuor summa
genera revocari potest: alia enim sunt animæ,
alia corporis, alia fortunæ, alia famæ bona: ani-
mæ curam profitentur theologi, corporis me-

A 2

dici

dici, fortunæ quæ dicuntur, & quæ famam attingunt, jureconfulti: quorum quilibet, si, quod de se promittunt, ejus satagant sedulo, in suo ordine amandi & debito honore colendi sunt: de quo intelligentium neminem dubitare arbitror: facit tamen eorum, qui, quod de se profitentur, aut non rectè didicerunt, aut, quod sciunt, eo abutuntur, ut totus ordo, ipsorum culpa, malè nonnunquam audiat. quod malum licet nullum genus literatorum penitus evitare possit, inprimis tamen ei obnoxium est, vulgi temeritate, jureconfultorum, qui, quod peccat rabularum imperitia & malitia, id impurare audet toti laudatissimo ordini: quem facile ab hac incusatione injuriosa liberant, qui juri operam legitimam navarunt, & sua arte ad salutem clientum rectè usi sunt, sive ij inter primos, sive inter medios, sive inter infimos locum obtinuerunt. non enim omnibus ad fastigium hujus amplissimæ facultatis conscendere datum est: & qui infra illud subsistunt, eorum usus in republ. est latissimus: de quo pluribus differere non est instituti nostri, qui in hunc sermonem ingressi sumus, occasione funeris, quod hodie fiet viro doctrina & usurarum civilium spectatissimo, Dn. JODOCO

CO von Behren. De eo ut pro more in hanc
chartam referamus, quæ dici in talibus con-
sueverunt, Lubecam, urbium maritimarum &
Anseaticarum reginam, ortum ipsi dedisse ac-
cepimus, anno superioris seculi XCI. patrem
habuit reverendum & literis excultum, JO-
HANNEM von Behren / vicarium capituli
Cathedralis ibidem: matrem fœminam hone-
stam, KUNEGUNDAM Lampen: utriusq;
patria fuit Minda, civitatum Westphalica-
rum non postrema. Ab his parentibus priva-
tim in pietate, quantum ætas puerilis de rudi-
mentis doctrinæ Christianæ capere potest, in-
stitutus fuit: ubi adolevit, in scholam publi-
cam missus est, cui eo tempore gubernandæ
præerat, Vir CL. OTTHO GUALTPE-
RIUS, S. S. theologiæ Doctor celeberrimus,
græcæ & hebrææ linguæ primùm in academia
Cattorum, quæ est Marpurgi, professor soler-
tissimus: inde ad gubernacula scholæ Lube-
censis evocatus. sub hujus & collegarum fide-
lium disciplina postquam tantum profecisse
visus est, ut ejus ablegandi aliò necessitatem
studiorum ratio posceret, in gymnasium Stad-
hiagense, quod postea, impetratis à Cæsarea ma-
jestate academiæ juribus & privilegijs, in


Scholam regiam, quæ est Rintelæ, commuta-
rum fuit, missus est; ubi cum tyrocinium suo-
rum studiorum absolvisset, ad hanc nostram
academiam se contulit, in qua totum quin-
quennium, cum alijs studijs politicis, tum præ-
cipuè juri civili operam dedit. cujus suæ in hoc
studio positæ fructum primùm ipse in notitiâ
rectè tractandarum caussarum forensium per-
cepit, & postea cum alijs communicavit, qui
ejus operam requisiverunt, in judicio eccle-
siastico, quod consistorium dicitur, & in supe-
riori hujus civitatis, quod civilibus actionibus
destinatum est. Conjugem habuit fœminam
virtutis & honestatis perpetuò studiosam, rei
familiaris dextrè administrandæ gnaram, & in
suo officio industriam, CATHARINAM
STURTZIAM, viri nobilis & consultissi-
mi, Dn. CHRISTOPHORI STURTZII,
J. U. D. celeberrimi, Regis Poloniæ Consiliarij
& historiarum in academia professoris dignif-
simi, filiam; sororem CL. & doctissimi viri,
AZARIÆ STURTZII, paternæ doctrinæ
& virtutis æmulum laudatissimum, & in pro-
fessione successorem honoratissimum, colle-
gam olim nostrum desideratissimum, Ducis
Holsat. lin. Sonderburg. Consiliarium & JACO-
BI


BI STURTZII, J. U. D. & in provincia
li iudicio advocati dignissimi: matrem, fœmi-
nam sua laude decoram, CATHARINAM
CLINGIAM, neptem ex fratre Magnifici,
Amplissimi, & Clarissimi Viri, Dn. BAR-
THOLOMÆI CLINGII, Juris anteces-
foris in hac schola antehac celeberrimi, & con-
siliarij aulici eminentissimi: quæ post mor-
tem primi mariti nupsit CL. & Consultissi-
mo viro, Dn. JOHANNI MORINGIO,
J. U. D. Practico caussarum forensium celeberrimo.
Cum ista conjuge in annum decimum
quartum vixit tranquillè & amanter: bene-
dixitque huic conjunctioni ejus auctor, datis
ei quinque liberis, qui adhuc omnes sunt su-
perstites. Vinculum hoc rupit mors die de-
cimo quarto hujus mensis, febre ardentissi-
ma, in quâ paucis antè diebus inciderat. Ho-
norem defuncto, quem supremum ex caritate
debemus, unumquemque sui officij memo-
rem libenter per se præstiturum uti confido,
ita omnes rogo & invito: levamen doloris, si
quod ex hoc facto nostro superstitionibus contin-
gere potest, tantò libentius ei operam dabi-
mus, & frequentes hodie hora media prima
in templo Jacobæo conveniemus, facturi


ca-


eadem opera orando & precando, quæ tri-
stissima hæc tempora & imminetia nostris
cervicibus pericula exigunt. P. P. sub si-
gillo Academiae, decimo septimo Maij, quo
feria secunda pentecostes in ecclesijs nostris
celebrabatur, Anno cIdo Id CXXX.











BI STURTZII, J. U. D. & i
li iudicio advocati dignissimi: m
nam sua laude decoram, CAT
CLINGIAM, neptem ex fratri
Amplissimi, & Clarissimi Viri
THOLOMAEI CLINGII, J
foris in hac schola antehac celeb
filiarij aulici eminentissimi: q
tem primi mariti nupsit CL. &
mo viro, Dn. JOHANNI M
J. U. D. Practico caussarum foren
rimo. Cum ista conjuge in ann
quartum vixit tranquille & am
dixitque huic conjunctioni ejus
ei quinque liberis, qui adhuc o
perstites. Vinculum hoc rupit
cimo quarto hujus mensis, feb
ma, in qua paucis ante diebus i
norem defuncto, quem supremu
debemus, unumquemque sui
rem libenter per se praestitun
ita omnes rogo & invito: levan
quod ex hoc facto nostro superst
gere potest, tanto libentius ei
mus, & frequentes hodie hora
in templo Jacobæo convenie

